Populus concitatur. Ego quamvis claudus, satis tamen pedibus fidens currere coepi. Totus populus sequebatur. Aestus erat magnusque labor geminaverat illum<sup>1)</sup>; facile michi erat cum sola camisia fugienti, cursu totum populum superare. Sed ecce complures equites praecurrentes quorundam collium cacumina conscenderunt. Horum oculos fugiendo fallere nullo modo dabatur. Est ampla altaque ac longa fossa non manu facta, sed ab ipsa rerum natura formata, dumis, arbustis densisque fruticibus plena, ut praedicitur fugienti propinqua, per cuius fundum aqua decurrit quae castrum praedictum per medium scindit. Haec satis oportuna et idonea latebris videbatur. Huic descendi, atque ut sequentes circumvenirem astutiaque deciperem, pedibus ac manibus ambulans fere per medium miliare cucurri, sequens versus castrum decursus aquarum, meque frondentibus ramis tegens nemine perpendente delitui. Sed fidelis socius de turri descensum meum in fossa conspiciens, manu verboque sequentibus indicavit. Ita omnes conversi me quaeritabant latentem in sepibus, ac multis prope transeuntibus nec me deprehendentibus iam spes erat omne periculum evasisse.

Tandem quidam praeteriens tibiam meam fortuito pede calcavit suo, diuque dubius an me demonstraret, ait: Da michi argentum tuum et ego salvum te faciam. Inde videns me argento carere, non fidens in verbis meis, quibus promittebam velle sibi in civitate Lausanensi, in cuius diocesi saepedictum oppidum situm est, donare viginti ducatos, dixit: Surge! Surrexi. Tunc postquam me vidit turba quaerentium, magno clamore facto ac impetu me circumdedere. Et ut noster Virgilius ait: Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Hic me salvum fieri debere clamabat. Ille lancia, alius gladio, hic fuste, ille pugno me percutere minabatur. Alius me dignum furca dicebat quia carcerem fregeram. Alius me vitam finire in facto foramine iudicabat. Culpa levis erat et ut idem Virgilius dicit: Ignoscenda quidem

1) Ovid. Metam. V, 556 wo aber das letzte Wort aestum lauteet, und seit Heinssius magnumque gelesen wird.

scirent si ignoscere manes<sup>1)</sup>. Deinde dum traherent me rursus in turrim, piissimae loci illius dominae me videntes lacerum sanguine manantem omnes inconsolabiliter flebant.

Es ist einigermaßen tröstlich, daß doch die Frauen wenigstens Mitleid zeigten. Der unselige Benedict wurde natürlich wieder in seine Höhle gebracht, und blieb nun 40 Tage und Nächte ohne Unterbrechung darin. Außer dem Ungeziefer<sup>2)</sup> hatte er nun in seiner Einsamkeit auch mit Hallucinationen, den Gebilden seiner Phantasie zu kämpfen.

Endlich kam ein recht gelehrter Herr zu ihm, der sich nach seinem Namen erkundigte, und dann fortfuhr:

Audivi, inquit, de te, cum essem Constantiae. Miror quod tu manes cum homine imperito, qualis est cardinalis S. Angeli. Ad haec ego: Non est, inquam, ita indoctus ut dicis, sed ab ea si quam habet imperitia, se redimit vitae ac morum honestate, virtutisque multiplicibus donis quibus ipse inter illustres eminet viros. Non quidem, inquit ille, virtuosus et bonus esse potest, qui Baldassarem Coxam, quondam papam Iohannem nuncupatum, sequutus est. Nam ista non cadunt simul nec sese compatiuntur, aliquem bonum virum esse ac eundem Baldassarem diligere, simoniacum, fallacem, scelestum, inhumanum, homicidam, corruptorem, stupratorem, incestum, adulterum, et quod abominabilis erat, olim inter cives Sogdomae principalem. Tunc ego: Bone domine, inquam, fama in his maior est vero. Non semper est famae credendum, quae mendax frequentius existens prava ficta penitusque falsa pronuntiat, nec omni spiritui fides praestanda. Nam summis viris etsi nullos inimicos iniuria, multos tamen invidia peperit. Sane dominus meus cardinalis eundem colebat et honorabat ut dominum, sua vero si quae erant mala opera odio semper habuit. Nec multum sibi amicabatur, et cum idem electus assumptusque fuit in summum pontificem, idem cardinalis ab eligentibus clare dissensit, prout omnibus illo tempore patuit. Cur ergo, inquit ille, a tam sacro coetu Constantiae congregato hic tuus magister discesserat? Mercenarium quidem se esse monstravit et indignum cui ovium Christi cura committeretur;

1) Stoffe: diaboli.

2) Davon sagt er: Si pulices quos in superficie carnis meae digitis comprimens torseram, lana fuissent, facile duas ex maioribus quae olim in carubio Bononiensi depositae fuerunt, ballas lanae nevissem.

venientem enim fugerat lupum. Abiit, inquam, et ne ovis una periret succurrere properabat. Timebat enim ne Roma sua patria ac Petri sedes praecipua contra regimen ecclesiae in tanto discrimine rebellaret. Abiit, inquam, petita et obtenta ab Imperatore licentia, intendens volensque singulis concilii sacri censuris obedire ac per omnia consentire. Tunc ille: Discessit, inquit, ut Romae suas voluptates impleret. Tu te damnas, si ipsum defendere pergis. Studia enim sua Constantiae pro notoriis divulgata sunt. Respondi talia dicentibus non esse credendum, esseque nonnullos ipsum cardinalem non suo sed ipsorum vitio habentes odio, falsa pro veris de eo loquentes. His dictis ab ea materia divertens recommendavi me sibi.

Wir müssen die Richtigkeit von Benedicts Behauptungen dahingestellt sein lassen, doch ist es richtig, daß der Cardinal von S. Angelo noch in Bologna vom Papst zu seinem Generalsvicar in Rom und dem Kirchenstaat ernannt war; er soll auch dieses Amt energisch verwaltet haben, aber schon am 31. October 1417 gestorben sein<sup>1)</sup>. Der unbekanntere Eiferer nahm Benedicts Widerspruch nicht übel, sondern gab sich viele Mühe, sein Schicksal zu erleichtern; er rühmte ihn, wie Benedict sich bescheiden ausdrückt, weit über Verdienst, und bewirkte durch ernstliches Zureden, daß er ein oder zweimal in der Woche Nachmittags in den oberen Stock gelassen wurde, auch bessere Nahrung erhielt. Es war der Wendepunkt seines Geschicks; mußte er auch noch fast drei Monate in seinem unmenschlichen Gefängniß bleiben, er kam doch bei der besseren Kost wieder zu Kräften, und begann nun nach allen Seiten poetische Episteln auszusenden, welche auch zuletzt ihren Zweck erreichten. Sie bilden den dritten Theil des Werkes, die Supplicatio.

Der erste Brief ist an die Königin Barbara gerichtet, denn Sigismund war nach Perpignan verreist; der zweite an den Grafen Konrad von Neuchatel, der mit seinem Sohne Johannes, welcher ebenfalls ein Schreiben erhielt, zwei Tagereisen entfernt auf einer anderen Burg in Deutschland weilte, vielleicht Badenweiler, denn Freiburg im Breisgau, dessen Namen der Graf führte, gehörte ihm nicht mehr. An dem Kriege gegen Friedrich von Oestreich, den Beschützer Johanns XXIII hatte er

1) Die Quellen sind so mangelhaft, daß Giacomius zweifelhaft war, ob der Cardinal wirklich in Konstanz gewesen sei.

sich sehr lebhaft theilhaftig, und man begreift daher seine Feindschaft auch gegen den Cardinal von S. Angelo, dessen unschuldige Leute dafür büßen mußten. Doch war der Graf auch sonst als hart und hochfahrend bekannt, und bei seinen Unterthanen verhaßt, während der Sohn für leutselig galt <sup>1)</sup>.

Diese Briefe schrieb Benedict mit einem Strohhalme und Dinte, die er sich aus Kohle und Wasser bereitet hatte.

Dann folgen Briefe an Ludwig, den Statthalter des Grafen, an dessen Vasallen und Rätthe, an die Canoniker und Cleriker, an die Frauen Neuchâtel's; gewöhnlich geht eine Bitte in Prosa voran, welcher ein Schlußwort in Hexametern folgt. Besonders erquickt wurde er durch einen Besuch von Petrus Miseralis, dem Caplan des Grafen, welcher sein Fürwort versprach, und auch mit einigen Hexametern bedacht wurde.

Diese Briefe schrieb Benedict am siebenten und achten September; der Kerkermeister besorgte sie. Am zehnten erhielt er endlich durch die Bemühung des Caplans und des gräflichen Procurators, Matheus de Cocteis, Papier und Schreibgeräth. Voll Freude dankt er dafür; mit diesen Waffen hoffe er seine Freiheit zu erringen.

Am 14. September, dem Feste der Kreuzerhöhung, erließ er wieder ein Schreiben an die Geistlichkeit, die Vasallen, Rätthe und Secretäre, jetzt aber, wie er sagt, in Versen ohne metrische Kunst, nur mit kurzer Pennultima, um zu versuchen ob die vielleicht wirksamer sein würden, nachdem die anderen nichts geholfen hatten. Er hebt darin besonders hervor, daß es auch Unterlassungssünden gebe:

Nam non est sine crimine,  
 Qui bonum potens agere  
 Id non agit in tempore,  
 Nec abstinere sufficit  
 A malo et non bene facere,  
 Quia qui nichil tribuit,  
 Nil meretur accipere.

Sie möchten doch einen Boten an den Grafen senden, um Gnade zu erbitten. Es folgen noch Distichen und endlich Reimverse. Auch an die Kirchthüren bat er ein Gesuch um Fürbitten anzuhängen.

1) Mémoire sur le Comté de Neuchâtel en Suisse par le Chancelier de Montmollin. 1831.

In der folgenden Nacht wurde er sehr erschreckt durch ein Erdbeben, das ihn zu diesen Versen an den Caplan veranlaßte:

Hac dum pervigiles rumpebant somnia curae,

Nocte michi subitus concutit ossa tremor.

Nam sensi caveam turri trepidante moveri,

Dixi ter tenui talia verba sono:

Heu michi, quo fugiam, trepidet cum cardine tellus,

Turri clausus in hac, heu michi, quo fugiam?

Tu deus omnipotens verbo qui cuncta creasti,

Me miserum salva tu deus omnipotens,

Et tu pro servo noli desistere coeptis.

Sollicita causam cum potes ipse meam.

Sic tibi nec terrae noceat per saecula motus,

Sic te defendat cunctipotentis amor.

Durch noch eine Epistel vom 17. Sept. angerufen, erwiederte der Caplan mit der frohen Botschaft, daß einer von des Grafen Leuten mit guten Nachrichten wegen seiner Befreiung eingetroffen sei. Die Antwort ist in Olykoneen abgefaßt, voll froher Hoffnung, doch dauerte es noch zwei Monate, bis die Befreiung wirklich erfolgte.

Rührende Dankbriefe erhielten eine Edelfrau, welche ihm durch frische Milch das Fieber vertrieben hatte, der Caplan und ein ungenannter Vater mit seinem Sohn für Trauben, durch die sie ihn erquideten. Voll Selbstgefühls verspricht er dem Caplan dafür den Lohn des Ruhmes bei der Nachwelt und durch ganz Italien:

Hos ego versiculos, quos iam sum fingere promptus,

Mitto qui facient te quoque perpetuum,

Nam tua si vivam et si quid mea carmina possunt,

Fama per Italiam clara perennis erit.

Sumque etenim scripturus amans mea carmina fratri,

Inter quae nomen saepe tuum referam.

Quin etiam multis sum transmissurus amicis

Exemplum libri protinus ipse mei.

Nomine sic magnas intrabis clarus in urbes

Et fies scriptis notus ubique meis.

Erhalten hat er wenigstens den Namen Petrus Miseralis der Nachwelt, aber seine Geltung in Italien scheint Benedict doch überschätzt.

zu haben, da er sogar nirgends erwähnt wird und wir doch so viele Briefe der Zeitgenossen besitzen.

Es ist wirklich erstaunlich, daß sich Benedict noch immer aufrecht hielt und seine geistige Kraft in dem greulichen Kerker nicht verlor; am 25. September richtete er wieder an die Honoratioren von Neuchâtel ein langes Schreiben in Prosa, aber in gehobnerem Stil (quasi declamatorio more) und mit Citaten aus Cassiodor, Ovid, Seneca, Hieronymus und Hiob geziert. Durch eine ausführlich erzählte Fabel kommt er zu dem Satz, daß Noth kein Gebot kennt, er also auch sein früher gegebenes Versprechen brechen und sie noch einmal belästigen müsse. Er klagt bitterlich über die Einsamkeit und den Mangel an Bewegung, deren Nothwendigkeit er aus den Schriften eines berühmten Arztes erweist<sup>1)</sup>. Den Schluß bilden Asclepiadeen desselben Inhalts.

Alles war vergebens, ein voller Monat verging ohne Trost und Hilfe; da erschien am 26. October bei ihm heimlich ein litterarisch gebildeter Mann, der von seinen Talenten und Schicksalen gehört hatte, Jacob Pacis aus Britannien, der sich mit ihm unterhielt und versprach sich für ihn zu verwenden. Am 30. October traf endlich nach siebenmonatlicher Abwesenheit der Graf ein, an welchen Benedict am folgenden Tage ein Schreiben in der rhythmischen Prosa einer kirchlichen Litanei richtete. Auch Mathews und der Caplan, die ihn schriftlich begrüßt hatten, erhielten ihre Episteln in Prosa und Versen. Ebenso jener Britte, welcher ihm zwei Birnen geschickt hatte, aber aus Mangel an Papier mußte er auf Scherben von Backsteinen schreiben<sup>2)</sup>. Auf diese Weise pflegte er sich zu helfen und hatte viele Steine vollgeschrieben, da kam eines Tages jemand, der das für Zauberformeln hielt, und zerschlug sie ihm alle<sup>3)</sup>. Jenem Britten klagt er zugleich bitterlich über die Kälte, die ihn um so mehr peinigt, da er schon dem höheren Alter sich naht und weder Bewegung noch warme Kleider hat; besonders nach der Mahlzeit dringt ihm die Kälte durch alle Gebeine. Papier schickte ihm der Britte und ermahnte

1) Quas autem utilitates ab exercicio consequantur (sic), Franciscus de Sarzana (ille doctor) in suo florifronadio super Cathone breviter enumerat: Exercitium corporis membra consolidans, superfluum digerit humidum, calorem naturalem mirabiliter refocillans.

2) Solebam in fragmentis laterum scribere deficiente papiro.

3) Scripseram multos versus in fragmentis laterum, quos quidam ratus incantaciones magicas esse omnes deleuit et dicta fragmenta cum muro percutiens fregit.



ihn zugleich zur Geduld mit großen Autoritäten aus heiligen und profanen Schriften. Benedict dankt, bemerkt aber doch: *Si meum vulnus esset tale ut verbis sanari posset, iam sanatum foret eloquiis tuis; facto est opus ut id sanetur. Quod ut fiat, scio te non meo merito, sed ea quae in te est virtute, summum studium diligentemque operam dedisse ac esse daturum.*

Auch ein Ritter Johannes von Bualmercur wird um seine Fürsprache bei dem Grafen gebeten.

Kaum sollte man es glauben, daß trotz aller dieser rührenden Bitten und der Verwendung seiner Freunde Benedict noch um die Gunst bitten muß, Nachmittags im oberen Stock bleiben zu dürfen, und um ein Leintuch, in das er sich bei Nacht hüllen könne. Er schreibt an den Caplan:

*Tu es Petrus et super hanc petram aedifico petitionem meam. Turris ista non nebulis sed calce et lapidibus fabricata, digito penetrari non potest et ego alas non habeo ad volandum. Quaeso igitur, recommenda me domino comiti, quatenus dignetur praecipere facere custodi carceris mei, ut post prandium permittat me in secundo tabulato huius carceris permanere, ne per consuetudinem tenebrarum quod iam satis diminutum est, meorum oculorum amittam penitus lumen. Item quod offerat michi unum linteamen quo valeam nocte hoc meum triste corpus involvere.*

Erklärt wird diese Härte durch die folgenden Distichen die einzigen in welchen Benedict seine Geduld und Sanftmuth verläßt: sie sind gegen einen von des Grafen Leuten gerichtet, der hart, grausam und unerbittlich ist und alle Italiener haßt:

*Hostis perpetuus tibi est, Quirine,  
Perdendus nece flebili, nocentes  
Omnes si dominus feriret aequus,  
Conradus comes inclitus benignus.*

Endlich aber war nun die Stunde der Erlösung gekommen; in Adonien meldet er seinen Brüdern die frohe Kunde.

*Nubibus atris Vescor aperta,  
Conditus octo Bartholomaeae  
Mensibus adsum Tuve Iohannes.  
Liber et aura, Cuncta potenti  
Vix michi credens, Reddere laudes*

Ante memento,	Noster ut omnis,
Qui Catherinae	Haec mala notus
Rite serenae	Ordine noscat
Ac Piliensis	Et bona laetus
Luce beati	Perlegat idem.
Me dedit acrem	Sic tibi frater
Pellere planctum.	Iupiter ipse
Inde benignos	Iustus amoenam
Mitte libellum	Det Philomenam
Hunc ad amicos,	Vincere cantu.

Der Tag der h. Catharina ist der 25. November, Andreas von Piglio aber wird am ersten Februar gefeiert, doch mag er in Piglio selbst noch einen zweiten Festtag gehabt haben.

Auch an seine Unglücksgefährten Simon von Prato und Anton von Perugia wendet er sich in Hexametern, wie er denn auch in seinen Bittbriefen der Genossen nie vergaß. Sind jene beiden, wie es scheint, dieselben welche ihn bei dem Fluchtversuch so übel verriethen, so ist auch das ein Zeugniß seiner liebenswürdigen Gutmüthigkeit.

Einem Dankgebet in recht schlechten Senaren schließt sich noch ein Dank an das Concil an, dessen Verwendung seine endliche Befreiung erwirkt hatte. Schließlicb bittet er den Cardinal um Vergebung wegen aller Verwünschungen, die er im Kerker gegen ihn ausgestoßen:

Ad singularissimum dominum meum  
dominum P. Cardinalem S. Angeli.

Parce michi, domine, multum enim in carcere maledixi tibi et his qui te impulerunt ut abires Constantia. Nunc autem benedicens benedicam, et id mali quod diu passus sum, fortunae imputo meae. Datum erat in fatis, evitari non poterat.

Natürlich, er mußte jetzt an die Zukunft denken und durfte es mit seinem Herrn nicht verderben. Sonst hätte er wohl Grund genug zur Klage gehabt. Als er den Kerker verließ, kannten ihn seine alten Freunde nicht mehr; sein Haar war weiß geworden, Gesicht und Gehör schwach, nur an der Stimme war er zu kennen.

Zunächst scheint sich nun Benedict nach Konstanz begeben zu haben. Seine erste Aufgabe war ohne Zweifel die Ausarbeitung des Buches, welchem wir alle diese Nachrichten entnommen haben, er nannte es nach dem Inhalt *Libellus poenarum*. Macht auch der Inhalt den Eindruck

daß wirklich der größte Theil im Gefängniß geschrieben ist; so wird doch alles nachträglich überarbeitet sein. Gerichtet an seine Brüder Johannes und Bartholomäus und für alle seine Freunde in Italien bestimmt, scheint es doch in italienischen Bibliotheken nicht vorzukommen, oder ist wenigstens nicht daraus bekannt geworden. Erhalten ist es in einer Sammelhandschrift der Wiener Bibliothek hist. prof. 720, jetzt 352, fol. 208—246, die nicht viel jünger ist als das Gedicht selbst. Der Text wird durch zahlreiche Glossen erklärt, die zum Theil von Benedict selbst herrühren; sie sind mit dem Text abgeschrieben und zahlreiche Fehler verbieten außerdem, an ein Autograph zu denken. Ich habe manchen augenscheinlichen Fehler stillschweigend verbessert; außerdem aber auch das in der Handschrift ausschließlich verwandte e an den geeigneten Stellen in ae und oe verwandelt, obgleich Benedicts Correctheit in dieser Beziehung mir nicht ganz zweifellos ist. Dagegen habe ich mich und nichil gelassen, weil Leonardus Aretinus diese Schreibart in einem eigenen Briefe ausführlich vertheidigt hat. Daß Benedicts Schreibart selbst von metrischen und Sprachfehlern durchaus nicht frei ist, wird der günstige Leser längst bemerkt haben.

Am Concil mußten Benedicts Schicksale und Gedichte Aufsehen machen; die Handschrift von italienischer Hand mag eine gleich dort genommene Abschrift sein, welche deutsche Geistliche mit nach Haus brachten; wenigstens gehörte der ganze Codex den Clerikern von Wetzdenbach im Tölner Sprengel.

In einer seiner Episteln an den Caplan des Grafen beruft sich Benedict darauf, daß er in seinen Gedichten etwas zum Lobe des Kaisers Sigismund geschrieben habe. Um dessen Gunst scheint er sich auch ferner bemüht zu haben, denn am 17. Oct. 1416 richtete er an ihn eine originelle Eulogie über den Verlauf des Concils, deren Kenntniß und Abschrift ich der Güte des Herrn Ernst Birk, Custos an der k. k. Hofbibliothek und Mitgliedes der Akademie der Wissenschaften verdanke. Sie findet sich im Kloster Melk in einem Miscellancodex und lautet so:

Egloga Benedicti de Pileo ad honorem invictissimi principis  
Sigismundi Romanorum et Hungariae regis.

1) Cod. Mellic. chart. saec. XV in qu. (Varia metr. et pros. saec. XV) fol. 47.

Forte sub umbrosa cepit Constantia silva  
 concilii prelatos pro unione ecclesie papa Ioh. XXIII.  
 Pastores; certamen erat cum Tirside magnum,  
 dignitatem pontificalem  
 Poneret ut virgam, qua solus ovile regebat,  
 imparia  
 Et pro communi toleraret tradita causa  
 eleccionis sue  
 Imperia atque decus patiens dimittere summum.  
 Assensit; sed turba subit quae carpere lanas  
 Et mulgere greges illo regnante solebat,  
 Subvertitque virum: furto tunc Tirsis ab omni  
 Se rapuit coetu fugiens, et nocte sopora,  
 Sperans cuncta sibi ad votum cessura recessit.  
 Inde bona paucis fortassis mente secutis  
 Pastorem profugum, multi mansere volentes  
 Armentum totumque gregem salvare, nec ipso  
 Praecipiente sequi. Maiora pericula vere  
 Instabant pecori, vitulis et bobus et agnis,  
 Quam fuerint olim cum mundum scisma premebat.  
 imperator Sigismundus  
 At Boreas aquilae fisis barbatus in alis  
 Pervolat et forti remanentes fame firmat,  
 dominos de concilio  
 Expellens nubes animis caelumque serenans,  
 Hortatur lapsis studeant succurrere rebus  
 dux Fridericus Austriae  
 Tirside suscepto folles impleverat Auster  
 imperatorem  
 Flatibus et contra Boream pugnare parabat,  
 Barbatusque suas vibrato vertice vires  
 armato milite  
 Advocat et campos pennato flamine complet.  
 Turbinibus tantis stupefactus protinus Auster  
 Tirside donato veniam pacemque requirit  
 A Borea, cui tanta sedet clementia menti,  
 Esse suos mores ut quisquis dicere possit,  
 Parcere subiectis et debellare superbos.  
 ovilia Gregorius XII  
 At ubi iam baculum, quo septa Corarius olim

scil. dominum Carolum Malatestam  
 Rexerat antistes, missum sacrata recepit  
 prelatos de sua obediencia ad unionem pertinentium  
 Turba, ducesque suos curarum in parte locavit,  
 Benedictum XIII Petrus de Luna  
 Pastorem Boreas alium cognomine Lunae  
 Flectere confidens, silvas nemorumque recessus  
 Paniscula prope Perpinianum  
 Transit et optata tandem tellure potitus  
 Alloquiturque virum et veniendi dicere causas  
 Incipit et rerum quod poscat congruus ordo,  
 Edocet atque preces iustis sermonibus addit.  
 id est Benedictus XIII.  
 Luneus alterius quoque pastor summus ovilis,  
 ferebat  
 Sceptrum quo residens populo sua iura fovebat,  
 imperator  
 In manibus Boreae ponens: Bone dicere amice,  
 Debuit, arbitrium nostri per singula regni  
 Cedo volens. Non sic fecit, sed perfidus undas  
 Paniscula  
 Nave secans, caeco fugiens se trusit in antro.  
 Petrum de Luna frustra Hispanus rex Arragonum  
 Hunc ubi nequaquam precibus tentavit Hiberus  
 Multociens mollire suis, sensitque malignum  
 Damnata iam mente rapi dulcedine regni,  
 ipsum rex Hiberus populum et principes Hispanie  
 Deseruit traxitque pecus pecorisque magistros,  
 Utque velint secum meliori accedere causae  
 et  
 Ac Boream sacrumque sequi Constantia coetum  
 Quem retinet nemorisque sui quem protegit umbra,  
 Qua decuit ratione petens prudensque peregit.  
 Hinc bona spes oritur, nam iunctis ordine cunctis  
 Praesulibus gregibusque simul, iam summus et unus  
 Pastor erit, montes, campos silvasque reducens  
 Pacis ad optatae iam longo tempore formam,  
 Christus vel pontifex ecclesiam  
 Typhis et ipse suis deducet ductibus Argon.  
 (Typhis quondam magister prime navis nomine Argon.)

Illum igitur Boream pueri iuvenesque senesque,  
 Per quem tranquillae sperantur tempora vitae,  
 Qua datur et poscit ratio, celebretis ovantes.  
 Haec ego de Pileo Benedictus carmina nuper  
 Rustica, dum sedeo tenui modulabar avena.

quisquis es qui hauris  
 Tu qui pro meritis hauris Elicona virentem,  
 Castiga si quos errantes videris agnos.

Sic tibi longaevae donentur tempora vitae,  
 Sic habeas faciles ad blanda precamina nymphas.

Ex nemore Constantiensi  
 XVI Kalendas Novembris  
 anno etc. 1416.

Auch italienische Sonnette hat Benedict geschrieben, von denen  
 eines die Wiener Handschrift enthält:

Ex soniciis Benedicti de Pileo.

interfecit ut sequeretur  
 Occisel fratre Media per seguire  
 illum id est Iasonem avit  
 Colu che primo navigo per mare.  
 puella prodidit Nisum  
 Silla tradetel patre per amare  
 hunc regem quo bat audaciam  
 Minos in chi vedeval grande ardire.

quedam domina  
 Fe Clitemnestra la vita finire  
 Agamemnonem tuit destruere  
 Al duca che pote Troia diffare,  
 puella fuit  
 Tisbe fe el bianco nigro diventare,  
 Sel grande poeta non erra nel dire.

Et tu te credi che senza paura  
 inter  
 Se posse tragli amanti avere parte?  
 Ha quanto errore la tua mente inchina!  
 Amor non vol se non gente sicura;  
 Timidi, pigri et tristi da quella arte  
 Son piu caczati che can da cocina.

Unstreitig war Benedict ein vielseitig gebildeter Mann, und es verdient entschieden Bewunderung, daß er sich durch die greuliche Kerkerzeit nicht mehr hat niederdrücken lassen. Was mag sein weiteres Schicksal gewesen sein? Die Wiener Handschrift enthält noch ein Pythium d. i. Epitaphium B. de Pileo:

Qua potui vivens sublimia semper amavi,

Hac igitur moriens iussi me sede locari.

Ist das mehr als bloßes Spiel? und auf welchem Thurm oder Berg ist er denn bestattet? So viel läßt sich vielleicht daraus schließen, daß er noch während des Concils gestorben ist; man würde auch sonst doch wohl noch etwas mehr von ihm gehört haben. Auch lehrt die Erfahrung daß häufig der Mensch Beschwerden und Leiden aller Art aushält, so lange die Anstrengung, die Spannung dauert; die Wirkung folgt aber nach. So mag auch Benedict der Nachwirkung jener unmenschlichen Behandlung erlegen sein.

Schließlich lassen wir nun noch aus der Wiener Handschrift f. 247 den Brief über den Beginn des Concils vom 14. Februar 1415 folgen.

Epistola eiusdem domini Benedicti ad fratrem.

Scribere distuli, non quia materia, sed quia nuncius deerat; at nunc utroque circumfluus aliqua de concilio subtexam, quae tuo meoque domino Iacobo de Columna aliisque nostris referre possis; de hinc ad quorundam descriptionem digrediar, quibus tuas aures mulcebo vel quod verius erat, obtundam.

Prima sessio concilii fuit die XVII. Decembris; in qua quasi nichil nisi de ordine rebus dando tractatum est, ac inde conclusum ut secunda fieret die XIV. Ianuarii. Qua imminente quia nec Gallici nec Anglici aderant, facta est prorogatio in quartum diem Februarii. Deinde ut quilibet commodosius sibi providere posset in proponendis, rursus dilatio facta est in sextum diem mensis eiusdem. Interea oritur dubium ac controversia inter Italos et ultramontanos, an voluntates concilii essent examinandae per capita an per nationes; et Italicis allegantibus quod per capita, ultramontanis autem quod per nationes, hucusque nichil est actum. Hoc postquam domino nostro papae innotuit, dixit coram imperatore ac multis aliis gravibus viris, tempus non esse terendum in huiusmodi controversiis, sed utilius et honestius fore, consulere in medium ac circumspicere viam

quae duceret ad reformationem, unionem et pacem ecclesiae. Et idem dominus noster subiunxit, se promptum ac liberalem esse sequi viam eligendam, per quam ad tantum et tam optabile bonum veniri possit. Itaque nondum in rerum prosecutione, sed adhuc in prologis et praeparationibus statur. Est tamen communis opinio quod advenientibus Francigenis, quos fama est iam iter arripuisse, in brevi via salubrior eligetur, ac deo causae suae favente suus color rebus restituetur.

Hactenus de concilio; deinceps pauca digna relatu pro multis quae dici possent succurrentia attingam. Et inprimis taceo de summo pontifice ac magnis praelatis, doctoribus et magistris, taceo de Romanorum rege illustrissimo ac ducibus, marchionibus, comitibus, principibus, baronibus, militibus aliisque nobilibus hic praesentibus. Praetereo hastiludia quae quotidie fiunt, et ea maxime quae in die carnisprivii multis magno constitere. Accidit enim cum plurimi propter spectaculum ascendissent tectum cuiusdam domus, ea domus pondere victa tota subsedit, magnaque partis eorum qui in ea erant, fuit miserrima sepultura. Praetereo Augustam, cuius facies imperiali maiestati conformis inter suas Pantasileas (sic) et Camillas praeifulget, quemadmodum lucifer inter stellas aut carbunculus pretiosissimus inter gemmas. Delectat me cui causa maiora viribus meis videre (sic) et venire ut praedicebatur ad aliquam superficiale descriptionem istius civitatis. Constantia est civitas parva et mirabiliter multarum gentium capax. Habet in longitudine spatium quantum fere vinceret bona balista in duobus iactibus, et in latitudine quantum in uno iactu transiret. Omnibus hic stantibus et quibus ex ipsa experientia documentum est, quasi incredibile videtur hunc tam angustum locum tot virorum, tot equorum millia continere et pascere. Taceat, pace sua loquar, Italia; vix enim in se civitatem habet, quae tantae molis onus facile sustineret. Lacus quidam claritate vitro bene purgato similis, quadraginta miliaribus longus, multo varioque atque optimo pisce dives, quem per medium scindit Renus, moenia huius civitatis pulsat ab ea parte quae respicit orientem. Hic portus est habens tres ligneos pontes in aquam ipsius lacus proiectos, quorum quilibet suam portam habet, et ita tres ibi sunt portae; per earum me-



diam intratur in quandam eminentem aedem, quae vulgo appellatur palatium communis. Reliquae duae sunt una a dextera, altera a sinistra dicto palatio contiguae, et per has portas omnia feruntur quae per lacum vecta sunt. Habet item haec civitas quinque alias portas, unam versus septentrionem, ad quam venit per quendam magnum pontem etiam ligneum, qui Renum amplectitur exeuntem de lacu; aliam quae respicit austrum, et per hanc intrant venientes de Italia. Hae duae portae terminant longitudinem ipsius civitatis. Item aliam similiter austrum respicientem lacui propinquam, per quam exitur in quendam burgum a multis habitatum. Reliquas duas versus occidentem, per quarum alteram intrant venientes de Gallia; nam altera quae est propinqua aquae (versus) septentrionem clausa est, tamen per quandam eius portulam, quae aperta est, pedites intrare flexo capite possunt.

Fessus sum et adhuc multum restat. Oportune ad resumendas vires Apollo vocandus esset, sed nubibus conditus ventorum impraesentiarum vehementer flantium ac cadentis pluviae sonis aures suas obtudentibus, vocantis vocem puto non exaudiret. Nitar igitur dum diei aliquod superest, lento ac fesso pede iter hoc vincere. Habes per praedicta descriptionem huius civitatis ante tuae mentis oculos positam, non qualem volui, sed qualem rude et imperitum meum ingenium repraesentare potuit. A modo perstringam quaedam incommoda et complura commoda huius loci, et post haec chartae, tibi et michi parcam et hanc epistolam absolvam.

Huius civitatis ac locorum circumstantium cives et incolae immeriti luunt et dant poenas coenae Thyestis. Solis enim faciem claram rarissime vident propter nubium interpositionem hunc aerem quasi continue occupantem. Mirabile dictu! Numquam postquam huc venimus, integra unius diei serenitas fuit. Nunc ventus, nunc nix, nunc pluvia, nunc duae ipsarum rerum, nunc omnes simul incumbunt. Frigus non patimur quantum timebamus priusquam haec loca experiremur, immo Bononia aut aequat aut superat frigiditate hunc locum, et si quando excessivum frigus quod raro accidit instat, aut stuphis pellitur aut igni. Nulla hic ficus, nulla hic Palladis arbor crescit. Oleum de longinquis

partibus vehitur, frequentius tamen et butyro utuntur pro oleo. Libenter ab incommodis recedo, propero venire ad commoda. Locus iste pane candidissimo, vino ut dicunt Falernum vincente, omni genere carniū, lacte, caseo, ovis, piscibus, pomis etiam nunc recentibus, uvis nunc passis, sed suo tempore maturis, quid singula prosequar? omnibus abundans est quae ad vitam, cultum, ornatum et usum hominum et equorum necessaria et splendida excogitari possunt. Facillime affirmares Cererem, Bacchum, Dianam, Mercurium, Panem, Copiam, Palem, Pomonam, ceteraque camporum et montium numina, Neptunum et Thetim reliquosque maris, fluviorum ac fontium deos ac nymphas hanc civitatem sibi sacrasse, ut (in) ea colerentur. Sed nescio an mater Aeneae etiam hanc inter praedilectas habuerit, illo forte respectu quia a Constantio Romano cive nomen sortita est. Tanta enim speciosissimarum et pulcerrimarum dominarum ac puellarum nivem candore vincentium multitudo datur hic conspici, ut decenter et huic loco convenire videatur ille Nasonis nostri versiculus de Roma compositus:

Mater et Aeneae constat in urbe sua.

Quid dicam? hic succi bibuntur parentum ac patriae aliarumque curarum obliviam facientes. Accedit his quod perrarum atque optimum est, haec civitas sub serenissimo atque optimo principe floret ac sincera et vera fruatur libertate. Vix possum desinere. Sed ne librum scripsisse videar volens epistolam facere, hic pennam depono, si prius dixero: bene vale et desiste hic quaerere meum solitum morem dicendi. Scriptioni enim duntaxat, non correctioni tempus atque operam dedi.

Constantiae die XIV. Februarii Millesimo quadringentesimo decimo quinto.

B. de Pileo.